

De eodem.

In medio ecclesie aperuit os eius. et implevit eum dominus spiritu sapientie et intellectu. Ec. 15. In verbis istis spiritus sanctus inspirator istorum verborum doctrine eminentiam et sanctitatis huius. N. euangeliste enuncians tria facit. Primo ostendit quod agrum vniuersalis ecclesie scientie verbi quod sparserat fructu iusticie adimplevit. ibi. In medio ecclesie aperuit os eius. ut scilicet semen verbi dei ad omnes facilius perveniret et sic ager ecclesie in bonis operibus fructificaret. iuxta illud. Ego vos elegi de mundo etc. Secundo innuit quod ad seminandum verbum dei felicius spiritus sapientie et intellectus in eo requievit. ibi. Et implevit eum dominus spiritu sapientie et intellectu. sine quo spiritus sanctus dei verbum non potest efficaciter seminari. hinc illud. Spiritus intelligentie replevit eum dominus. et ipsi tanquam imbres miserunt eloquia sapientie sue. et hoc cantat ecclesia de euangelistis. Tertio insinuat quod pro suis meritis eterne beatitudinis gloriam hodie accepit. ibi. Stola gloria induit eum. Et quod gloria celestis per humilitatem acquiritur et per superbiam amittitur hinc illud. Qui se exal. hu. et qui se hu. exal. ideo de superbia ut caveat est dicendum. Re. li. 3. c. 15

De apostolis.

Ecce ego mitto vos in medio luporum sicut oves. Mat. 10. Christus qualiter missionem apostolorum qua ad predicandum mundo eos direxit: in verbis premittis exprimens quatuor per ordinem ponit. Primo sui ipsius mittentis immensam auctoritatem. ibi. Ecce ego mitto vos scilicet qui sum rex regum dominus dominorum. immo summus pontifex qui habet claves mortis et inferni qui aperio et nemo claudit: et claudio et nemo aperit. Secundo ipsorum missionis ad predicandum perfectam idoneitatem. ibi. Sicut oves scilicet innocentes et mundo utiles: quod sicut ovium est animal pius et totaliter utile tam in vita quam in morte: ita et ipsi innocentes sunt fructuosi in vita: hinc illud Ioh. Ego vos elegi de mundo etc. et sicut post mortem cum submerserunt ut fructus vestri maneat scilicet post mortem: quod fides quam fundaverunt in eternum manet. Tertio missionis eorum evidentem utilitatem. ibi. In medio luporum ut scilicet apostoli de lupis oves facerent sicut in paulo accidit qui mane primo lupus rapax postea agnus effectus est. Quarto predicationis officij assumpserant qualitatem. ibi. Estote ergo prudentes sicut serpentes scilicet ad verbum dei sine negligentia et timore promouendum. Iddem enim dicit h. ethi. quod serpens tanta celeritate linguam agit ut duplicem videat habere linguam cum non habeat nisi unam: et sim. sicut colubus ad bone vite exitum primis per simplicitatis reditum ostendendum et sic predicabant prudenti verbo et simplicitate colubine ostendebat exemplum. quod ante peccatum in spiritibus per alios pecc